Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.



na Patauium urbs Italie uetustissima celeber-
rimaque. Quam Anthenore Troyano pro-
fugo condidisse Virgilius testatur. hic tamen
ille urbem patauii sedesque locauit. Et titus liuius
tinorum decus patauinorum idem seriose narrat. Anthenor
uit enim per medios achiuos Illiricos penetrans sinus. Et
et regna liburnorum. ad intimum adriatici pelagi ac-
cessit. Expulsis euganeis qui ea loca tenuerant
Vrbem condidit Patauium. Cicero autem in philip-
tis picis patauinos romanis fuisse amicissimos dicit.
Qui rem publicam difficilimis temporibus armis
et pecunia iuuerunt. Fuit autem postea Padua per
felicissima stante R. p. tempora romanorum colonia
quo non eo modo deducta quo cetere deducebantur deductis
nouis populis in colonia. sed datum est padua-
nis ius latii in designandis rome magistratibus
ferendique suffragii ius haberent. Nullam autem edi-
ficiorum pulchritudine presertim publicorum in Italia
sibi similem esse tenemus. Cum enim noua quecumque
in ea nunc extant uel publica uel priuata. quem
Attila Rex hunnorum ferro ignique inmunita reliquit.
Instaurata a Narsete eunucho et rauenatibus. lon-
gobardi deinde incensam deuastarunt. aucta uero
est mirabili incremento per caroli magni et filiorum
nepotumque imperii tempora. quousque frederici primi
temporibus Ezelinus tirannorum omnium crudelissimus
eam sibi subegit. et innumeras cedes ac pro-
proscriptiones ciuium peregit. Charrarienses de-
rerum inde sub capitaneatus titulo dominium in patauino po-
titi sunt. Qui eam urbem paulo plus uni-
centum per uarias successiones possessam opulen-
tiore ornatioremque reddiderunt. Nam genus nobil

Charrarie opera maiorum ex parte exercitata ornatique
fuerunt menia. quibus triplici circuitu et muro
patauium communitur. Et licet per eam dimi-
nutis fuerit delapsa multis tamen uariisque fossis
magno et ingenti opere manufactis aque circa
urbem et per diuersa agri loca ornamento urbis
comodoque ab eisdem Chararrensibus sunt producte.
Et Arx in urbe munitissima et pallacium
italie primarium. Et uaria eorum opera. Henricus
quartus Imperator germanicus Cathedralem pata-
uinam ecclesiam que extat edificauit. Pretoriumque
quo nullum in orbe pulchrius. quod postea casu
crematum. speciosius ueneti costruxerunt. Et ossa
titi liuii in conspicuo loco collocarunt. Est in ea
insignis cui in Italia rarissime sunt similes beati
Antonii basilica. Est et in ea Justine uirginis
templum quod seruat S. luce euangeliste et
prosdocimi et corpora cum diue Justine reliquiis.
quod Iouis templum fuisse asserunt. nunc mona-
sterium amplissimum ordinis diui benedicti dicatum
In ea quoque Gymnasium habet omni Italie ce-
leberrimum. ubi sunt edes amplissime studentium
quibus sunt opes tenuiores deputate. Viros quoque
preter Titum liuium genuit hec urbs doctrina
clarissimos. Paulum Iurisconsultum. Petrum de
Apono Conciliatore summum et mathematicum et
phisicum. Cuius preclarissima scripta adeo
nunc hominum utilitate maximo in honore sunt
habita. Albertum ordinis heremitarum theologum
et declamatore celeberrimum. Orella flaccum et uo-
lusium et complurimos in omni arte excellentes.
A mari sursum habet nauigatorum flumine Brenta
qui secus eam fluit. Aliaque fossa sexto miliario
fossa manu facta padua compendio nauigatur.